ultra proximos. Iemos officii pfati Castren Premislien ditionem sibi
non requirens nullasque motiones appellones ac earum prosequtiones faciendo
ac praemissa omnia poenis simplicibus vel hicatis evasionibus suspensi
onibus fatalibus iuris pscriptione Teneski bello Convocationeque et a
libus omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiens Hac sua
praesenti in scripto ad praemissa omnia mediante.

Per Zukowski Quietatur Morawski

Comparens personaliter Coram officio Castri prohinc Gnosus Ioannes Dembowski
a Dembiy in locum Nobilis et excellentis Ioannis Zukowski Doctoris Kru.
kieniciens et officii psentis apparitoris Canellariaeque Castri psentis calefactoris
et iurati servitoris subdelegatus hoc onus subdelegationis in se ac caput su
um bonaque sua habenda ac post liberos sua divina clementia procreandos relin
quenda assumens) Actis psentibus Castren Capitaneal Premislien[s]is
idem Nobilis et Excellens Ioannes Zukowski Doctor Krukieniciens officii
psentis apparitor sortisque suae in Winna gora loco cruci humano designato haeres
sanus mente tamen aeger Recedens a Foro iurisdictioneque quavis Carnificiae
Zrochnicens praesenti autem Premislien iurisdictioni se ipsum corpusque suum
subiiciens et incorporans palam libere ac perexpressum requit Quia ipse Nobi.
lem ac Honoratum Adamum Morawski affinem et amicum suum de omnibus
iniuriis damnis praetensionibus protestationibusque in diem usque hodiernam sibi su
isque subditis in haereditate villae Zrochnik habitis pereuntes Morawski
illatis ob plenariam et sufficientem satisfactionem quietat liberumque et ab
solutum facit perpetuo. Protestationes si quas ratione praemissorum in quocunque
Iudicio et officio Regni nomine suo intercesserint cassat mortificat et an
nihilat aeternis temporibus sibi suisque posteris bonorumque successorum nun
quam derelinquens successoribus perpetuum ratione praemissorum imponens silentium

Radwanski

Radwanski Radwanskiemu. Donat

Comparens personaliter Coram officio actisque psentibus Castren Capitanal
Premislien Nobilis Sobestianus Radwanski Baran de Districtu
Proszowiens et Terra Cracovien sanus mente et corpore exens a Terris
districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis ppriis et competentibus rece
dens huic autem iurisdictioni Castren Premislien quoad actum psentem
et quatenus attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice ac perexpresse
requit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria vulgo agrum Maćkowa
ćwiertnia nuncupatum in haereditate villae Radwanowice sitam penes fun
dum Nobilis Christophori Radwanski Byk ex una et penes Nobilis
Zachariae Radwanski (?) ex altera partibus consistentes tum et cer
tas sortes suas in villa Lazy inter metas Nobilium Martini et Iacobi
Lasowskich iacentes ad se tam post parentes suos quam et Nobilem
Blasium Radwanski patruum suum iure naturalis successionis inter
alios cosuccessores devolutas sibique servientes Cum omni praemissorum
iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum prae
fatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis ob
ventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis
penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut quopiam alio reser
vatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis gene
ri per speciem et e contra in nullo derogando verum ita late longe circum
ferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limi
tibus ab antiquo extendit et protenditur ac prout eadem bona
ipsemet resignans solus tenuit habuit et possidebat ac ipsum concer
nebant eidemque serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Stani